



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

288 Do vt des, Facio vt facias.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

285
Permutatio
spiritualium
nō obstat Re-
gula Semel
Deo dica-
tum.

286
Permutatio
spiritualium,
ut & benefi-
ciorum, im-
propriè dici-
tur Contra-
ctus permuta-
tionis.

287
Gammarius
qui de permuta-
tionibus benef.

288
Do ut des
facio ut fa-
cias.

phanæ fiant vel spirituales esse desinant, vel hominibus laicis applicentur, sed ut functionē suam retineant, quantumvis possessorem seu mutantem seu nouū sortiantur, id quod Ecclesiis frequenter est utilissimū. Neque verò promiscuè quoilibet super iis fieri posse contractus asserimus, emptionē certè super spiritualibus nunquam (ne Simon sit in fabula) sed canonicam solemnemque duntaxat permutationem: quæ tamen ipsa permutatio non tam verus est contractus ex nuda solarum partium voluntate dependens, quàm commutatio quædam vel potius rerum translatio superioris nutu facta, mutatis, uti dicebā, possessoribus. Quamobrem & ipsa beneficiorum permutatio profus impropiè dicitur permutationis contractus, cum permutantium partes in illa vix vllæ reperiantur, ut post alios quosdam veteriores Interpp. obseruauit Petrus Andreas Gammarius de Casali Bononiensis in Tractatu suo permutationum seu in Repetitione cap. vnici de rerum permutatione in 6. ad Rubricam num. 75. sub finem, & in explicatione ipsiusmet cap. num. 9. & alibi passim. Quo fit ut nonnulli non contractum permutationis hic agnoscant sed vel contractum *do ut des* vel potius contractum *facio ut facias*, id est, resigno ut resignes. Quanquam ne sic quidem verè contractus duci potest omnino liber & absolutus, cum totus pendeat ex approbatione superioris, non autem ex nuda contrahentium voluntate. Quo quidem in approbationis genere,

nere, quæstionis est haud ociosæ nec inutilis, an tacita vel simplex approbatio superioris, absque vel resignationis vel collationis vllius interuentione, sufficiat? veluti superiore dicente, *Placet mihi vestra permutatio, transite alter in alterius locum*, neque defunt graues auctores inter quos & ipse putatur esse Pont. Max. Innocentius IIII. (attamen ante Pontificatum, ne quis eius autoritate moueatur) in c. inter cætera. de præbend. qui talem defendant approbationem, quasi cui tacita quædam insit collatio; quemadmodum fit in sub-
stit. pupill. vbi tacita vulgaris inest expressæ pupillari, & vice versa, l. iam hoc iure. ꝛ. de vulg. & pupill. subtit. In cuius rei argumentum facit & hoc quòd iuxta Ioann. Andr. & Cardin. Host. traditionem ad cap. ex ore. de his quæ fiunt à maio. part. cap. valeat beneficij nondum clarè manifesteque vacantis collatio per Episcopum facta cuiquam alteri de consensu beneficiarij, seu veri possessoris; eò quòd & hic tacita quædam censeatur interuenisse tum possessoris huius renunciatio seu resignatio tum Episcopi acceptatio. Verùm quia summè curandum semper est ne vitiosus ad Ecclesiastica beneficia detur ingressus, & maturissimè religiosissimeque talibus in rebus versari conuenit, & hanc nostram Clementinam sic loqui videmus vt apertam requirere videatur & resignationem & collationem (dum per alios permutare volentes resignata ponit beneficia quæ tamen aliis de

k v facto

289
Simplex approbatio superioris an sit instar collationis.

290
Tacite substitutiones.

291
Tacite collatio.